

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Kleinschmidt

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Kleinschmid/
I.U.D. & Prof. Ad Exequias quas ... Viro Henrico Knesebeck, Civi Reip:
Rostochiensis primario. Moestissima vidua & liberi hodie hora med. prima in
templo Jacobaeo paratas cupiunt, Academiae Cives omnes ac singulos invitat**

Rostochi[i]: Kilius, 1637

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771564201>

Druck Freier  Zugang



Kleinschmid, J.,

in H. Knesebeck.

R. 1637.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn771564201/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771564201/phys_0002)





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn771564201/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771564201/phys_0003)

DFG



PROGRAMMA

Quo

Rector Universitatis Rosto-
chiensis

JOHANNES KLEIN-
SCHMID, J. U. D. & Prof.

AD EXEQUIAS

quas

Honestissimo Viro

HENRICO Rñe=
seberf/Civi Reip: Rostochi-
ensis primario.

Mæstissima vidua Liberi hodie hora med. prima
in templo Jacobeo paratas cupiunt.

Academix cives omnes ac singulos
invitat.



ROSTOCHJ,

Literis NICOLAI KILII, Academ. Typogr.

ANNO M. DC. XXXVII.



De generis humani fragili-
tate, & vitæ nostræ brevitate, ac
miseria vulgo quidem, licet haud
sciam an recte, conquerimur o-
mnes: haud paulo tamen rectius
querelas nostras explicari par esset, de seculi præ-
sertim hujus nostri moribus, quos non optimos
esse, & optimo cuiq; non probandos palam
est, quibus autem verbis describi debeant, odio-
sius esse videtur, quam difficilis. Testatur qui-
dem poëta Venusinus, quod ætas parentum no-
strorum, pejor avorum ætate, nos nequiores tu-
lerit mox datus progeniem vitioreum: sed
id saltem in genere, nec ad species explicandas
venit: putamus igitur accersendum ex antiqui-
ore ordine Philosophum scenicum, qui tan-
quam Spiritu quodam poetico, ne dicam Pro-
phetico motus, querit quod nuspiam invenia-
tur.

ποτε τὸν αἰδεῖς
ἢ τὸν ἀρετῆς διώσαντι ἔχει
Θέρευτη πατέρων;
οὐπότε τὸ μὴν ἀστερίου ἔχει
διώσαμεν αὐτὸν ἀρετὴν πατέρων
θεατοῖς ἀμελεῖται;

Aeneas

Ἀρούρια δὲ γόνων καὶ τε
καὶ καὶ ἀγῶν βεττῆς,
μη τις θεῶν φθόνος ἐλθεῖ.

Ubi nunc pudoris aut virtutis habet vim, ut possit aliquid, facies & quando impietas quidem habet vim & vires, Virtus autem retro a mortalibus negligitur. Iniquitas vincit æquitatem & leges: Unde commune periculum impendet mortalibus, Ne qua Dei invidia veniat, atq; ira ipsos premet. Pudorem scilicet nuspiam inventri conqueritur, negat virtuti vim relictam esse quam impietas totam ut occupavit ita exerceat: nec in bonis legibus esse quidquā præsidii, jam ab impietate adfictis ac pessundatis. Hanc seculi nostri faciem satis graphicè depictā, omnes pietatis & honestatis & modestiæ amantes, verā & cum ipsa re congruentem agnoscunt, nec agnoscunt saltem, sed & suam & omnium bonorum vicem dolent, cumq; emendare nō possunt, licet omni conatu studeant, aversantur & è vita potius exire, quā seculo tam perverso interest malunt ac desiderant: idq; eo magis, quod iram ac pœnam divinam non metuant venturā, sed jam sentiunt præsentem, nec ulla prudentia finē ejus providere queunt: nisi forte id agant, quod solent, qui domum ruinæ proximum incolunt, eiq; se quantum possunt maturè subducunt & in locum tutiorem conferunt. Huic piorum de-

A 2

siderio

Siderio Deus quasi ex machinā apparet, cū humāna desint auxilia, subvenit, eosq; in locum deducit, ad quem nulla humanæ improbitatis tela possint pertingere, ubi impiorum & improborum Pelopidarū neq; facta neq; nomen audiatur: quod licet humano sensu parum optabile eveniat, tale tamen est ut ab Ethnicis quoq; pro divino beneficio agnoscatur imo poeticus ille Auroræ maritus, vitam in ærumnis durantē pro supplicio dicit, & ea causa suam immortalitatem, ut nos mortalitatem nostram deplorat, Rectius nobis consulit benignusq; nobiscum agit, providus piorum pater Deus, qui pie mortis beneficio gentem suam paulatim ex pulvere ac tumultu seculi turbulentī evocat, & in ~~reipub~~
~~reipub~~ suum quasi ad somnum componit, donec tempestas præsens deserviat, futuraq; serenitatis dies ac tempus reddatur. Hoc Dei providentis beneficium plane paternum, contigit ante triduum Viro pio, probō, & honesto Dn. HENRICO KNESEBEKE Civi hujus urbis primario. Editus ille est in ora hujus luminis, Anno millesimo, quingentesimo octogesimo sexto Die mercurii, qui co anno secutus est Magorum sive Trium Regū festum. Pater ei fuit Vir honestus Dn. PETRUS KNESEBEKE, civis & mercator, ex primariis in hac urbe, Mater SARA Barnowen/fœmina

mina pia & honesta. Avus paternus nepoti ~~iu~~
~~ro~~
HENRICUS KNESEBKE qui Warenæ, quæ
urbs est in hac nostra Megapolí & civis fuit, & ex
coctura cerevisiæ se liberosq; honeste sustētavit.
Aviæ paternæ nomē ignoratur. Avus maternus
JASPER Barnow civis & negotiator hujus ur-
bis, Avia materna AGNETA Nettelblads/omnes
pietatis & honestatis in suo ordine ac functione
amantes. Ex his ille natus, & regenerationis la-
vaerorenatus, elementa prima pietatis cura se-
dula, ac fideli educatione parentum, didicit: qui
cum citius ex hac vita discessissent, quam puero
conducibile putaretur, sub manu vitrii paula-
tim adolevit, & cum ætatis anni permitterent à
literario ludo abductus, & ad mercatorium qui
est Bergæ in Norvegia translatus est: in quo ita
versabatur, ut favorem bonorum eo loco facile
inveniret, ac divinæ benedictionis copiæ oran-
do ac laborando impetraret. Hac fortuna per a-
liquot annos usus in patriâ sibi redeundum pu-
tavit: idq; ei feliciter successit, ita ut matrimo-
nium contraheret, non sine consilio & suffragio
propinquorum, cum honestissima & pudicissi-
ma virgine ELISABETH a filia NICOLAI Prüs-
sen/ primarii civis & negotiatoris filia: quo in
matrimonio piè castè & placidè vixit annos o-
ctodecim, ea concordia atq; animorū conjun-

Etione ut felicem liberorum ex ea natum denariorum videret, quinq; generis masculi, totidem sequioris: quarum quæ maxima natu est SARA, nupsit honestissimo viro Dn. CASPARO DISTELEERO civi & aromatario hujus urbis solertissimo altera MARGARETA, Dn. HENRICO Langen/ civi hujus urbis & cerevisario, viris honestissimis, qui saceri morte justo dolore prosequuntur, ut & uxores, obitu dilectissimi patris immaturo non parum adflictæ, Florebat noster beatus hac fœcunditate uxoris, & vivido liberorum pariter sexu distinctorum numero, & ob uxoris conjunctissimæ commoditatem omnibus latitiis incedebat: sed ex insperato ortus turbo, florem istum perculit, & suavissimam uxorem ac βελπίην καρτρόφου καὶ σιώνικην optimam liberorum nutricem atq; contubernalem, ex complexu, convictu & societate suavissimæ familiæ laborisq; jucundissimi abripuit, ac maritum dilectissimum solum in thalamo, solum in cura liberosrum ac familiæ domesticæ, solum in expediendis, quæ domi, quæ foris, negotiis desituit. Experiri nimirum est cunctus illud omnibus piiis conjugibus familiare γλυκύπηγρ dulce amarum, mellis & sellis, quam amor conjugalis propinare solet, copiam, gustu quidem illud, verū istud ad satietatem usq; oggerens. Facile id quidem fuerit unicuiq; rem, ut par est, cogitanti, colligere quantum onus viri pii, honestatis & liberosū aman-

tis humeris incubuerit, quanta sollicitudine & cura,
quanto uxoris amissæ desiderio quinq; anni qua-
drantes, tot enim vixit viduus, transegerit: donec i-
psa necessitas & oneris magnitudo, cui unus ferendo
non esset, ab eo postulavit, ut in locū uxoris deside-
ratissimæ, legeret alteram Dei providentis auxilio,
conjugem, curarum domesticarum sociam atq; con-
sortem, lectissimam virginem SOPHIA M. præstantis-
simi viri Dn. CASPARIS RICHTERI P.M. civis pri-
marii in hac urbē, dum viveret, filiam, cum qua vixit
octo annos, & filium ex eadem unum, tres filias susce-
pit. Cæteram vitam quod attinet, egit eam non solum
bono cive, sed & bono viro, & quod caput est, Chri-
stiano dignam. Primam omnium virtutem, pietatem,
primo loco coluit, eamq; assiduo Dei cultu, audiendo
ejus verbo, & usu Sacramentorum, caritatis operi-
bus, erga proximum exercendis, testatus est eviden-
ter & ubiq; potuit: quo etiam referenda est ea
caritas, qua patriam & Rempub: prosecutus est: No-
verat quippe primo quidem, ex Christianæ pietatis
doctrina, deinde vero ex rectæ rationis lumine, quod
non solum nobis ipsis nati essemus, sed ortus nostri
partem sibi patria, partem parentes, partem deniq;
cæteri cognati & propinqui sibi vendicarent: & ista
caritatem declaravit, cura, quā gessit pro ærario no-
vo, cui per novem annos fideliter, & integre, atq; ex
usu commodoq; publico præfuit. Unde facilis est co-
jectura, qui ita vixit ut rectam fidem, & conscientiam
bonam retineret, quem vitæ finem sperare debuerie.
Ut enim initio diximus, cum seculi nostri mores parū
probaret ut pote cum vera pietate, fide, caritate Chri-
stiana, honestate & aliis virtutibus pugnantes, factum
est, ut cœlestis patris divina providentia ante se pri-
manas quasi tres in me: bunt: inciderit, & cum eo ali-

quādiū sit luctatus, eā fortūna, ut is ante octidū in
febrim continuam exardesceret: quā vires paulatim
prostravit, ita ut feria tertia festi Natalitii, quę 27. De-
cember erat, cursum vitę suę feliciter consummaret
atq; in Christo, cuius Nativitatē sibi quoq; vera fide
applicabat, inter preces & lacrimas carissimę uxoris
& liberorum dilectorum, pie ac placide obdormisce-
ret. Dubium nullum est quin & ipse ulnis verę fidem
puerum J e s u M, ut priscus ille S I M E O N, complexus,
Deo gratias egerit, quod conspectum & cognitionem
hujus pueruli sibi concedere dignatus sit, atq; ita de-
mum ex turbulentō hujus vitę pelago, in portum cœ-
lestis ac nulla tempestate violandę beatitudinis de-
duxerit, quod ut ei sine dubio contigit, ita nos ex ani-
mo precemur, primum ut idem ille benignissimus pa-
ter hujus recens nati pueruli Dn. nostri J e s u C H R I-
S T I sanctum spiritū efficacissimę consolationis im-
pertiat vidue, liberis quatuordecim, Dei gratia, super-
stitibus, ac duobus generis hunc mariti, parentis, & so-
ceri sui, licet beatum ac placidum ipsis tamen immo-
tarum obitū, graviter & ex animo dolentibus. Dein-
de ut nobis cundē spiritum pię meditationis mittat,
hoc fragili & calamitoso tempore, necessarium, quo
mortalitatis nostrae cosiderationē serio suscipiamus,
qua in re prudentiā nostram consistere Psaltes regius
dicit, ne imprudentibus obrepat, quod certò ventu-
rum, suo cuiq; tempore, cognitū perspectumq; habe-
mus. Id vero fiet cum alias, tum harum exequiarū oc-
casione, quas frequenter, ut omnes Academię cives
eamus, hujus pie defuncti viri pietas meretur, tum of-
ficii nostri id à nobis postulat ratio. Conventus autē
fiet hodie hora med. prima in templo S. Jacobæo P.P.
sub sigillo Academię Anno 1637. die istius
anni penultimo.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn771564201/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771564201/phys_0013)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn771564201/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771564201/phys_0014)

DFG

GUSTAV KOCH
Buchbinderei
ROSTOCK

tis humeris incubuerit, quanta so-
quanto uxor is amissæ desiderio
drantes, tot enim vixit viduus, tra-
psa necessitas & oneris magnitudo
non esset, ab eo postulavit, ut in l-
ratissimæ, legeret alteram Dei pr-
conjugem, curarum domesticarum
fortem, lectissimam virginem Sop-
simi viri Dn. CASPARIS RICHT-
marii in hac urbē, dum viveret, fili
octo annos, & filium ex eadem uni-
pit. Cæteram vitam quod attinet, e
bono cive, sed & bono viro, & que-
stiano dignam. Primam omnijum v-
primo loco coluit, eamq; assiduo D-
ejus verbo, & usu Sacramentoru-
bus, erga proximum exercendis, i-
ter & ubi cunq; potuit: quo etiam
caritas, qua patriam & Rempub: p-
verat quippe primo quidem, ex C-
doctrina, deinde vero ex rectæ rat-
non solum nobis ipsis nati esse mus
partem sibi patria, partem parente-
cæteri cognati & propinquai sibi v-
caritatem declaravit, cura, quā ges-
vo, cui per novem annos fideliter
usu commodoq; publico præfuit.
jectura, qui ita vixit ut rectam fide-
bonam retineret, quem vitæ fine
Ut enim initio diximus, cum seculi
probaret ut pote cum vera pietate,
stiana, honestate & aliis virtutibus
est, ut coelestis patris divina pro-
manas quasi tres in modum incip-

